CONGREGATIONE
PARTICVLARI
A
SS.MO DOMINO NOSTRO
DEPVTATA.

Sabaudien. Priuilegiorum.

PRO

Dataria Apoſtolica.

Juris D. de Iandis.

ROMÆ, M.DC.XCVIII.

Ex Typographia Reu.Cameræ Apoſtolicæ.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sabaudien. Priuilegiorum.

Eme & Rme Dñe. EX maxima benignitate Sanctiss. Domini Nostri reuocatur in præsenti Congregatione ad examen materia vndique certa, & ab immemorabili practicata per Datariam, pluriésque firmata, & decisa, quod scilicet Abbatiæ, de quarum prouisione agitur, & aliæ omnes existentes in Principatu Pedemontano sint de libera collatione Pontificis absque vlla intentione, vel consensu Sereniss. Ducis Sabaudiæ, tanquàm minimè comprehensæ in indulto Nicolai V., eiusque confirmatorijs Leonis X., Clementis VII., Iulij III., Gregorij XIII., & Clementis VIII., cùmque roborata, & stabilita fuerit, quotiès Ducales Ministri eam detrectare conati sunt, idem prorsùs hodiè speramus ab Eminentiss. PP. repetendum, eò quia antiqua praxis, & ius Datariæ quo magis examinatur, magis certum, & fundatum apparet, itàut presens discussio nil aliud operari valeat, quàm quod hæc veritas ad instar facis agitatæ plus refulgeat, vt habetur *in cap. graue cauſ. 35. quæſt. 9.*

Etenim Nicolaus V. in Ludouicum Sabaudiæ Ducem glor. mem. Priuilegium contulit, nè ad Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium Dignitatum regimina intrà *ditionis Sabaudiæ limites* promoueri aliquis posset, nisi habitis prius *intentione, & consensu* ipsius Ducis, quod relatum est *in Sum. Num.* 1. Et hiscè præmissis verbis suprà expressis summatur, & exprimitur *à Io. Anton. ab Eccleſ. Senatore Pedemontano in ſuis obſeruat. forenſ. par.* 1. *obſeruat.* 180. *num.* 8. *verſ. Et præſertim à Nicolao V.* Vndè cùm huiusmodi Abbatiæ non existant in Ducatu, & ditione Sabaudiæ, sed in Principatu Pedemontano omninò diuerso, ac ex titulo distincto, separatoque dominio etiam possesso, vt notorium est, & latè in facto probatur, ità quod nec Populi istius Dominij legibus, & moribus illius sint conformes, & Dux ipse de iuribus, & rebus vnius non valeat decernere in Territorio alterius, necessariò sequitur sub dicto indulto nullatenùs iri comprehensas, eà quidèm certa, & irrefragabili ratione, quod huiusmodi indulta, & priuilegia tanquàm auferentia illam potestatem, quàm Summus Pontifex vndique liberam, & absolutam habet de iure conferendi omnia Beneficia Orbis, iuxtà *Text. in cap. Cuncta per Mundum 9. quæſt. 3. & cap. 2. de Præbend. in 6., vbi Doctores communiter*, sunt strictè, & rigorosè intelligenda in

eorum dispositione, & proindè Principibus concessa aliquo eorum speciali titulo vnius Principatus expresso, & pro Beneficijs alicuius ditionis, & dominij non extenduntur, nec pertinent ad illa alterius, quamuis regatur ab eodem Principe, vt plenè firmat *Vvames. consil. canonic.* 255. *num.* 10. *& seq.* *& cons.*259. *nu.*3., *Spad. cons.*134. *nu.*22. *lib.*1. *Zipæus in ius Pontific. lib.*3. *tit. de præbend. n.*5., *& consult.*6.*n.*4. *Chokier. ad primar. præc. sect.*2. *sub num.*21. *Thomassin. de veter. & nou. Eccles. disciplin. par.*2. *lib.*2. *cap.*40. *n.*5. *Card. de Luca de præemin. disc.*29. *num.*2., & fuit plenè decisum à Sacra Rota in famigeratis Causis *Barchinonen. Canonicatus in rec. dec.* 316. *n.*7. *par.*9. *& dec.*140. *n.*6. *duplicata* 241. *par.* 14. *& cor.* Royas *dec.*286. *& Cels. dec.*7. *vtrobique n.*2.

Idque ad euidentiam vsque deprehenditur ex eodem indulto Nicolai, & alijs confirmatorijs: Illud enim vltra præcisam limitationem, quam præfert ad Sabaudiæ ditionem, eiusdem quoquè fines etiam designauit, & constituit, dùm expressis Prioratibus *Tallueriarum*, R*ipaliæ*, *& Noualitij vnàcum Præpositura Montis Iouis*, habita eadem intentione ipsius Ducis conferendis, addidit hos Prioratus, & Præposituram in confinijs Dominiorum eiusdem Ducis existere, adeòque dum habemus confines à Papa designatos nil aliud quærendum est pro limitatione, & restrictione intra illos indulti concessi, nàm vel isti sunt reales confines Sabaudiæ, quemadmodùm per Geographos etiam in Facto iustificatur, atque constat ex *Vghell. in Ital. sacr. tom.*2. *Prouinc.*9. *pag.*1418. distinguentes Ciuitates Sabaudiæ ab illis Principatus Pedemontis, & nulla desuper remanet difficultas: Vel satis superque est, quod istos terminos Pontifex præscripserit, cùm non solùm possit omnem modum, & formam suis designare concessionibus, ac priuilegijs *cap. Si Papa de priuileg. in* 6., sed etiam constituere terminos ipsos Ecclesijs, easdem dismembrando, vniendo, & diuidendo, prout sibi videtur, vt tradit *Hostiens. in cap. sicut vnire de excess. Prælat. Doctores in cap.* 1. *&* 2. *de translat. Episcop.* cum alijs relatis per *Solorzan. de iur. Indiar. tom.*2. *lib.*3. *cap.*5. *num.* 1. *Frances. de Eccles. Cathedral. cap.*7. *n.*132., & plenè ex *D. Bernard. epist.*131. *Thomassin. de veter. & nou. Eccles. disciplin. par.*1. *lib.*1. *cap.*45. *n.*1.

Proindè his constitutis finibus indultum non valet comprehendere nisi Ecclesias intrà illos existentes, nec vltra se extendere iuxtà naturam designatorum finium huiusmodi restrictionem operantium, *Gabriel. cons.*64. *nu.*37. *&* 38., *Spad. cons.*

323. n. 1. lib. 2. Rota post Paichell. de distant. dec. 18. nu. 9. cor. Merlin. dec. 245. num. 2. & 3. in rec. dec. 419. nu. 1. par. 3. decis. 229. num. 13. dec. 520. n. 74. par. 14. dec. 177. num. 19. & decis. 226. num. 24. par. 16. dec. 699. n. 9. par. 18. dec. 151. nu. 10. part. 19. & in Anagnina, seu Sublacen. Confinium super manutentione 23. Februarij 1693. §. Siquidèm coram bo. me. Emerix.

Confirmant hanc limitationem indulta confirmatoria Leonis X., Clementis VII., Iulij III., Gregorij XIII., & Clementis VIII., in quibus non solùm directio, & intitulatio facta cernitur Duci Sabaudiæ, repetitis semper confinium præfatorum expressionibus: Verùm etiam omnia in eis expressa de ditione Sabaudiæ loquuntur, & præferunt priuilegia Ducis Sabaudiæ, dominij, & Nationis Sabaudiæ, sæpiùs etiam designatis personis Ducatus, & Dominij Sabaudiæ, absque eò quod vel vnquam in tot, tantisque litteris Apostolicis latissimè, & diffusissimè extensis mentio, seu expressio aliqua legatur Principis, seu Principatus Pedemontani, quando per contrarium tam Duces ipsi vtrumq; titulum in materijs ad vtrumque dominium concernentibus apponere consueuerunt, vt videre est apud *Solam. ad Constit. Sabaudiæ, & post primum lib. obseru. forens. ab Eccles.*, & plenè Henric. II. in suo diplomate dato *in Sum. num.* 43. quam Summi Pontifices in Gratijs ad Statum Pedemontanum attinentibus semper soliti fuerunt, nedùm eorum litteras dirigere sub expressa nominatione Principis Pedemontis, verùm etiam Nationem Pedemontanam nominare, & quod fortiùs vrget in materijs, & ad Ducatum Sabaudiæ, & ad Principatum Pedemontanum pertinentibus Duci Sabaudię, & Principi Pedemontano rescribere, vt aduertitur in Facto, & constat *ex constitutionibus 6. Gregorij XIII.*, *& 102. Clementis VIII.*, qui in vnione Militiæ SS. Mauritij, & Lazzari mentionem faciunt de Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontano. Idemque Clemens VIII. in concessione Iuris præsentandi ad Ecclesiam Fossanensem, Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontanum denominat, vt videre est apud *Vghell. in Ital. Sacr. tom. 4. fol. 1515.*, & pleniùs in prouisione Abbatiarum, de quibus *in nostro Sum. Num. 46.*, vbi distinguitur persona Ducis Sabaudiæ ab illa Principis Pedemontani, & Marchionis Salutiarum; Ex hoc namquè discretiuo modo exprimendi à Ducibus ipsis, & à Pontificibus adhibito, apertè constat, quod vbi omissa fuit mentio Principis, & Principatus Pedemontani, de eis actum minimè fuit, sed de rebus Sabaudiæ, circà quas sola ipsa directio litterarum Duci

Sabaudiæ in huiuſmodi indultis reſtringentibus liberam poteſtatem Pontificiam conferendi, limitationem operatur, nè extendi valeant ad Principem, & Principatum Pedemontanum diuerſum,& diſtinctum,ſic enim in terminis ſimilibus expreſſionis ſolius Regis Hyſpaniarum, firmauit *Rota in d.celebri Barchinonen.Canonicatus cor.Celſ.dec.7. nu.5.apud Dian. dec.9.§.Ex his enim in fine p.8.reſol.& in rec.dec.316. nu.7.p.4. & dec.140.n.pariter 7.p.14*

His accedunt declarationes tàm in Curia,quàm à Miniſtris Ducalibus,& à Sereniſs. Ducibus emanatæ pro libera Sũmi Pontificis, & Sanctæ Sedis collatione de huiuſmodi Abbatijs Pedemontis,nàm ipſemet Clemens VIII. qui Indulta confirmauit paulò poſt Abbatiam S.Saluti Cardinali Pepulo, & alterã Caramaniæ Cardinali S.Clementis liberè contulit abſq; vlla Ducis intentione,& conſenſu,imò Miniſtris Ducalibus Indulta Nuncio Pontificio obiectantibus,vt ex litteris *Sum. n. 5. & 6.* Quibus idem Clemens VIII. declarauit, quod Priuilegia per ipſum confirmata reſtringebantur ad Sabaudiam, & non comprahendebant beneficia Pedemontis,vt habetur ex Litteris Cardinalis Hyppoliti Aldobrandini Nepotis, & Generalis ſuperintendentis ex Secretaria Status reſponſiuis eidem Nuncio,de quibus in *Summ.n.*8.ibi – Hauendo io dato parte
„ à Noſtro Sig. del ragionamento tenuto da lei con i Miniſtri
„ del Sig.Duca &c.Se bene i Priuilegij ſono confermati da Sua
„ Santità,non comprendono però i Benefitij del Piemonte, e
„ però reſta eſcluſa la pretenſione di S. A.nell'Abbadia di Ca-
„ ramagna in virtù di queſti Priuilegij – Quæ declaratio Cardinalis Nepotis Generalis ſuperintendentis ex Secretaria ſtatus Supremi eius Miniſterij emanata tollit difficultatem ſuper interpretatione Indultorum,& habetur pro declaratione Pontificia, cum dd.litteræ cenſeantur ſcriptæ ex mandato Pontificis, & ex viuæ vocis oraculo ſuper ſingulis ſpecialiter habito *Spada conſ.73.n.9 lib.1.Genua de ſcriptur.priuat.lib.3. tit.de Litter.Apoſtolic.n.9.Gait.de credit.cap.3.tit.3.nu.5.Pignatell. conſult.canonic.*104.*n.62.lib.*1,vbi,quod declaratio, &. diſpoſitio attendenda eſt vti Pontificia, cum cenſeatur ſcripta ex officio, & mandato Pontificis viuæ vocis oraculo ſpecialiter facto ſuper ſingulis *Rota cor.Cæſar.de Graſſ.dec.*1.*ſub n.9.&* 10.*de Præbend.in rec. dec.90.n.5.p.9.& dec.104.num.3. p.18.& in Bononien.Protectionum* 20. *Aprilis* 1671.*§.Clarius cor.bo.me. Albergato, & in Vaden. Diſtributionum* 1. *Iunij eiuſdem anni §.Neq; dubitari cor.Calataiù.*

In

In prædictis enim duplex Pontificia declaratio resultat, verbalis nempè, & scripta per medium d. Cardinalis Nepotis, & altera per factum ipsum replicatum vtriusq; collationis à Clemente VIII. absq; intentione, & consensu emanatæ, quæ ex se sola clarior, & efficacior esse non potest, dùm prouenit à facto, & collatione ipsiusmet Clementis VIII. qui Indulta confirmauit *Spad. cons.* 128. *n.* 10. *vers. & hoc coadiuuatur lib.* 3. vbi ponderat obseruantiam Papæ in facto ipso, & declarationem per Epistolã Cardinalis Nepotis. R*ota cor. Mantic. dec.* 59. *sub num.* 11. *vers. quod in casu*, & in d. *Barchinonen. Canonicatus post Dian. resol. p.* 8. *dec.* 9. §. *Etenim cor.* Royas *dec.* 217. *n.* 4 *&* 5. *dec.* 279. *n.* 10. *& dec.* 281. *n.* 13. quæ sunt in eadem Barchinonen., & faciunt tradita *in dec.* 213. *à n.* 34. *p.* 17. *rec.*

Comprobatur hæc declaratio ex altera Cardinalis Chisij Anni *1663. Summ. n.* 20. ibi — Auuertendo sempre di non trattare
,, del pũto delle collationi, se si habbino à fare dal Sommo Pon-
,, tefice liberamente, è secondo la propria coscienza senza intẽ-
,, tione, e consenso veruno del Sig. Duca, poichè è già stabilito,
,, e determinato: Itidẽq; ex testimonio Cardinalis de Ossatte, cui occasione vacationis alterius Abbatiæ idem Card. Aldrobrandinus significauit, Pontificem de ea in sui personam velle disponere, quodq; collatio eiusdem liberè pertinebat ad S. Sedem, & quia de eadem prouisione obloqui poterat à Ministris, vtpotè facta Cardinali actu Sabaudiæ Protectori, idem subiũxit se paratum esse protectionem dimittere, quemadmodum habetur ex eius Epistola inter impressas 163. relata in *Summ. n.* 7. cuius hæc sunt verba præcisa — Mi disse ancora (idest Car-
,, dinalis Aldobrandinus) che essendo vacata vn'Abbadia nel-
,, lo Stato del Duca di Sauoia, il Papa gli disse, che gli l'haue-
,, rebbe conferita, se non fosse questa protettione, che daria da
,, parlare, e che egli haueua risposto, che la collatione di essa
,, apparteneua à S. Santità, e non al Duca, e che la riceuerebbe
,, vnicamente da S. Santità con lasciar più tosto questa protet-
,, tione, che non gli rendeua cosa alcuna: Non mi disse, se il Pa-
,, pa gli haueua conferita, ò nò, questa Badia, mà io tengo di sì
,, che se fosse stato altrimente, me l'hauerebbe chiaramente det-
,, to: Jo credo ancora di più, cioè, che l'accettatione di questa
,, Badia soprauenuta dopo la d. protettione, è stata la Causa, per
,, la quale hà tenuto meco questo discorso, giudicando in se
,, stesso, che per il mezzo di questa Badia la cosa andarà così
,, auanti, che se ne potrebbe pensar male.

In hac quippè Epistola valde ponderabilis est responsio Cardina-

lis Aldobrandini tunc Protectoris Sabaudiæ - Che la collatio-
„ ne di essa apparteneua à S.Santità, e non al Duca – itaût omnis ratio suadeat, Principem Ecclesiasticum adeò notæ probitatis, & Sabaudiæ Protectorem minimè hæc protulisse in materia adeo graui, & delicata, nisi veritatem Indultorum non compræhendentium hasce Abbatias Pedemontis plenè nouisset, & mentem Clementis VIII. in eorum confirmatione sciuisset, cum nemo ignoret, quam ergà Principes, eiusq; iura Cardinales Nepotes soliti fuerint cautè, & iustè procedere, & quod fortius ponderandum emergit ex eadem Epistola relultat factum ipsum Clementis VIII., qui firmo, & constanti sensu in omnibus vacationibus Abbatiarum Pedemontis liberam collationem exercuit, tametsi Priuilegia benignè confirmasset.

Sequitur altera declaratio, seù veriùs iudicialis res iudicata die 25. Septembris 1659. tempore Alexandri VII. fer. fer. emanata in particulari, & celeberrima Congregatione deputata, in qua exhibita fuerunt omnia ea documenta, quæ nunc denuò exhibentur, & Ducales Ministri in voce, & in scriptis deduxerunt omnia iura, motiua, & rationes in substantia, & veritate, quæ hodiè repetuntur, à qua Congregatione omnibus sedulò, ac maturè discussis, & consideratis iudicatum fuit, & plenè pronunciatum vniformibus votis ab insignioribus illius temporis Prælatis, Abbatias, de quibus agitur, non esse compræhensas sub Indulto Nicolai V., eiusque confirmatorijs, & ipsemet Summus Pontifex audito in Camera bo.mem. Aduocato Roncono, & alijs à Cardinali Nepote, & Datario, resolutionem in Congregatione habita approbauit, vt constat *ex Summ Num.* 14., & 15. Stante autem hoc formali Judicato à tot, tantisque Viris edito fer. fer., & à Papa approbato non est ampliùs materia ista iudicata, & decisa ad dubietatem reuocanda, cum aliàs numquam esset litium finis, si res iudicatæ suum effectum habere non deberent, *l.* 2. *C. de transact.*, & Ecclesiasticæ moderationi omninò est conueniens, vt quæ ordinata, & decisa jam fuerint, nulla in posterùm debeant refragatione turbari, vt ait *Gregor. Magn. in cap. Ecclesiasticæ moderationi 25. quæst. 2. & cap.* 1. 34. *quæst. 9.*

Nec deficiunt aliæ declarationes temporibus subsequentium Pontificum, nempè Clementis X. & Innocentij XI., cùi cum à D. Residente pro Abbatia S. Januarij, & Castelletti in Pedemonte sita, deducta fuissent Indulta præfata, respondit, quod examinata pluriès materia semper determinatum fuit

nul-

nullum desuper competere Ducibus Priuilegium, vt patet *ex Summ. Num. 26.* ibi – Sua Santità hà risposto, che altre
„ volte per parte de i Duchi di Sauoia si è preteso d' hauer Pri-
„ uilegij Apostolici di nominare à tali Badie, mà che essamina-
„ tasi diligentemente la materia particolarmente al tempo di
„ Alessando VII., e di Clemente X., si è sempre concluso non
„ competere à Duchi sopra di ciò dritto alcuno, e si è mostrata
„ ferma in questa determinatione – Et iterùm scriptum fuit
„ Nuncio – Si è tante volte prouato in voce, & in scriptis, e
„ con gli esempij, e con le Dottrine non hauer il Signor Duca
„ di Sauoia dritto alcuno sopra le Badie del suo Dominio nel
„ Piemonte, al quale non si possono applicare per conto alcuno
„ li pretesi Indulti, e doue sono situate le Abbadie delle quali
„ hora si tratta, che io non sò più dir altro, se non che V.S.
„ Illustrissima può riuedere sopra di ciò l'informationi di già
„ trasmesse à lei, & à suoi Antecessori in tal materia, *vt in Summ. Num.* 28. Huiusmodi namque declarationes replicatæ & non sine magna, debitaque maturitate æditæ vniformitèr à tot Pontificibus absque vlla difficultate clarè ostendunt materiam plenè decisam, atque determinatam super libera collatione ad Sanctam Sedem spectante, ad tradita *per Text. in cap. Apostolicæ Sedis 35. quæst. 9.*

Declarationibus præfatis in Curia editis adduntur illæ, quas ad fauorem eiusdem Sanctæ Sedis à duobus Supremis Ministris Ducalibus, & ab ipso Sereniss. Ducis Genitore Nuncij Apostolici sibi factas retulerunt: Etenim post memoratam resolutionem Congregationis Anni 1659. clar. mem. Marchio Planitiarum supremus tunc temporis Minister ingenuè professus fuit, quod ex parte Serenissimi Ducis desistendum erat ab omni prætentione circà istas Abbatias Pedemōtis, & immo insinuauit, vt ad prouisiones deueniretur, addens quod alij Ministri, vtpote in materia pro Duce delarati ex se sibi contrariam Sententiam dicturi non fuissent, vt constat ex Epistolis *Summ. Num.* 16., & 32. ibi – Hò parlato due volte dopo l'
„ ordine del Sig. Cardinale Corrado col Signor Marchese di
„ Pianezza sopra questo negotio, e dopo longo discorso strin-
„ gendolo per qualche resolutione, finalmente mi disse: Che
„ se bene i Ministri de' Prencipi non possono molte volte parla-
„ re, ne palesare i proprii sensi, cō tutto ciò se io gli dauo parola
„ di nō dir mai, che lui habbia dato alcun parere sopra questo
„ negotio mi hauerebbe significati i suoi sentimenti, e quello sti-
„ maua douesse farsi per terminarlo. Onde hauendolo assicura-

A 4 to

„ to di tutto, mi diſſe queſte preciſe parole: E neceſſario, che
„ per la parte di Roma ſi cominci ad operare, poiche trouandoſi
„ quì impegnati, non ſi riſolueranno mai di darſi da loro ſteſſi il
„ torto. Et clariùs idem profeſſus fuit Epiſcopus Vercellenſis ex Conſiliariis Status, qui paritèr ingenuè idem ferè Nuncio reſpondit, ibi — Con l'Ordinario paſſato rappreſentai riuerentemente
„ à V. Eminenza tutto quello haueuo potuto ritrarre
„ dal Signor Marcheſe di Pianezza per la terminatione dell' af-
„ fare di queſt' Abbadie, hora deuo ſoggiungere, che hauendo
„ diſcorſo con Monſignor Veſcouo di Vercelli, il quale è del
„ Conſeglio di Stato, mi hà confidentemente detto che cre-
„ de, che finalmente Sua Altezza ſia per acquietarſi à quanto
„ Noſtro Signore ſi compiacerà riſoluere in queſto negotio, ſpe-
„ rando S.A., che tanto in queſt'affare dell'Abbadie, quanto
„ in altre occaſioni S.Santità ſij per honorarla di qualche gratia - Et rursùs ex litteris reſponſiuis Secretariæ Status, ibi —
„ Di quanto V.S. hà ritratto col nuouo diſcorſo da lei tenuto
„ col Sig. Marcheſe di Pianezza ſopra l'Abbadie vacanti, hò di-
„ ſtintamente ragguagliato Noſtro Signore, al quale è ſtato di
„ molto compiacimento l'intendere, che eſſo Sig. Marcheſe ſia
„ di ſenſo, che da S.A. ſi debba deſiſtere dalla pretenſione, che
„ hà circa l'iſteſſe Abbadie ſolite prouederſi dalla Sede Apo-
„ ſtolica ſecondo le ragioni, che ſono ſtate inuiate à V.S., e co-
„ me per l'euidenza del negotio potrà rimanere ben perſuaſo il
Sig. Ambaſciatore — Quæ omnia pleniſſimè confirmantur à declaratione Sereniſſimi Ducis Anteceſſoris, & Patris, qui pro ſua innata iuſtitia, & æquitate Nuncio Apoſtolico dignatus fuit exprimere, quod circa Abbatias Pedemontis acquieſcebat, dummodò tamen obſeruarentur Indulta pro illis Sabau-
„ diæ, ibi -- Delle coſe del Piemonte, oue ſi riguardano i ſen-
„ timenti di coteſta Corte, laſciarebbe correre &c. mà che
„ non vuole in modo alcuno, che ſe gli tocchi la Sauoia.
Et rursùs ex *Summar. Num.* 22. -- Riconoſcendo l'euidenza
„ delle ragioni, che aſſiſteuano à Sua Beatitudine, & alla San-
„ ta Sede, finalmente ſi acquietorono con ſignificare rima-
„ nere l'Altezze loro appagate, & *Num.* 41. -- Dal Sig. Mar-
„ cheſe di S.Tomaſſo ſi è ſaputo, che già era ſtato ſcritto al Sig.
„ Abbate Cagniolo di leuar' ogn'ombra, che foſſe potuta na-
„ ſcere di ſoſpetto, che ſi haueſſe hauuta intentione di acqui-
„ ſtar veruna ragione di nominare, e che di nuouo ſe gli com-
„ mandaua di portar bensì in nome di Madama le ſue humi-
„ liſſime ſuppliche à Noſtro Signore, ma in forma tale, che Sua

A San-

,, Santità restasse persuasa, che l'Altezza Sua era per riconoscerlo à titolo di gratia, & *Num.*42. -- L'A.S. dopo hauermi dati segni di vn particolarissimo gradimento, si diffuse in atto di viuissimo ringratiamento à S. B. protestandoseli per gratia così speciale infinitamente obligata -- Quibus adiungitur regium Diploma Henrici II. Galliarum Regis, & Sabaudiæ, ac Pedemontis tunc Domini, qui peramplè declarauit, Summos Pontifices, & Sanctam Sedem vti, & gaudere debere omnibus suis Iuribus, & auctoritatibus in libera collatione Cathedralium, & Abbatiarum, easque ad eius liberam collationem remanere, proùt ab antiquo consuetum fuit, vt latiùs habetur *in Summario sub Num.*43.

Ex quibus declarationibus Ministrorum, & Ducis plenissimè conuincitur, & distinctio Dominiorum, & Indultorum dispositio Abbatias Sabaudiæ dumtaxàt compræhendens, super quibus melior probatio dari non potest, quàm illa resultans ex declarationibus, & confessionibus præmissis Ministrorum, & ipsius Ducis *cap. Per tuas de Probation.*

Demùm omnem controuersiæ ambagem tollit obseruantia antiquissima, & in præsenti Sæculo, & in antecedenti per centum, & vltrà Annos iustificata, quibus in aperto est Sanctam Sedem liberè semper contulisse absquè vlla intentione, & consensu Serenissimorum Ducum Abbatias Pedemontanas, quæ obseruantia est demonstratio certa, & infallibilis qualitatis Indultorum, & quid eadem compræhendant, eo quia naturalitèr effectus suam causam demonstrat, & talis, ac tantæ est potentiæ, vt Indulta interprætetur, & regulet ab obseruatis etiamsi verba aliàs contrarium importare videantur, & intellectus contrarius etiam de iure verior appareret *Rota in dict. celebri Barchinonen. Canonicatus coràm Royas decis.*279. *à num.*7. *decis.*281. *num.*13. *& decis.*298. *num.*9. *in recent. decis.*65. *num.*12. *part.*15. *decis.*253. *num.*8. *part.*16. *decis.*213. *num.*75. *& decis.*303. *num.*25. *part.*17.

In *Summario* namquè *Num.*34. referuntur à temporibus Clementis VIII. vsquè ad præsens continuatę prouisiones Abbatiarum Pedemontis ex libera collatione Sanctæ Sedis, & referuntur nonnullæ etiam præcisè, pro quibus Indulta fuerunt obiecta, vt latè probatur in Facto, atquè inter hasce prouisiones adsunt tres Sanctissimi Domini Nostri, itaùt dubitari nequeat non solùm de vltimo statu, sed de omni, & quocumque meliori iure ex hac adeò diuturna, & centenaria obser-

uantia

uantia resultante absquè onere cuiusuis alterius probationis, *Rota in recent. decis.709. num.11. part.18.*

Ex supradeductis haud subsistere depræhenditur motiuum principale exaduersò obiectari solitum, quod Indultum Nicolai V. loquatur de districtu, ditione, & Dominijs, & ideò Pedemontem complectatur, atquè expressio Ducis Sabaudiæ designata fuerit personalitèr, seù demonstratiuè, non taxatiuè ad tradita per *Rot. coràm Mantic. decis.59. Barbos. appellat.115. num.4. & 5. addito Vitalin. in Clement. Archiepiscopus num.47. & 48. de Priuileg.*, quas auctoritates refert, & allegauit *Card. de Luca de Benefic.* scribens in allegata Causa *Barchinonen. Canonicatus disc.29. num.15.*

Faciliter quippè respondetur indulta loqui simpliciter, & limitatiuè de districtu, ditione, & dominijs Sabaudiæ absque vlla, vel minima in eis tametsi peramplè extensis expressione, seu mentione Principatus Pedemontani, prout fieri debebat, & solitum fuerat, adeòque realiter limitata, & restricta apparent in districtu, ditione, & dominijs solius Sabaudiæ, ibidem dumtaxat expressæ: adimente etiam desuper omnes difficultatum, & disputationum ambages clara, & aperta constitutione, seu designatione ipsa confinium superiùs memorata tam in primo, & originario Nicolai V. indulto, quàm in subsequentibus cæterorum Pontificum confirmatorijs, vt eapropter ad euidentiam vsque constet indulta intra Sabaudiam, & intra confines designatos, seu constitutos restricta fuisse, & ex vulgata regula tanquàm localia extendibilia non esse *Rota in recent. dec.65. num.2. & 3. par.15.*, atque non attentis auctoritatibus superiùs citatis, & relatis *à Cardin. de Luca in dicto disc.29. de Benefic.* pro Rege Catholico tunc scribente, firmauit *Rota in Causa eadem Barchinonen. dec. 316. par.9. dec.140. duplicata 941. part.14. cor. Royas dec.286., & coram Celso dec.7.* Ponderatis ad corroborationem præsertim tot, tantisque declarationibus, & iudicatis pro Sede Apostolica hanc veritatem comprobantibus, atque vniformi obseruantia hucusque vigente ex prædictis.

Ceterùm quoad intelligentias, & explicationes verborum *restrictus, ditionis, & dominiorum* nulla melior, ac certior dari potest regula pro limitatione, & restrictione in præfato Nicolai V. indulto, & confirmatorijs intra Sabaudiam, & confines ibidem designatos, quàm illa, quæ resultat ex Bulla Sixti IV. super expectatiuis comprehendente Principatum Pedemontanum ex euidenti illius expressione pro Ducatu Sabaudiæ, distri-

districtu, ditione, Comitatibus, Terris, Locis, & alijs dominijs vltrà, & citrà Montanis Duci mediatè, & immediatè subiectis, quæ Bulla manifestissimè comprobat non solùm stylum Sedis Apostolicæ ità exprimendi, vbi voluit Pedemontem comprehendere, sed etiam, quod sicuti in expectatiuis hisce expressionibus comprehensus est Principatus Pedemontanus, ità expressus fuisset in indulto Nicolai V., si illud non solam Sabaudiam, sed Principatum Pedemontanum complecteretur.

Similiter non subsistit, quod Episcopatus Pedemontani prouideantur ad nominationem Serenissimorum Ducum, & consequenter sicuti in his obseruatur indultum Nicolai V., ita & obseruari debeat in Abbatijs, quandoquidèm vltra quod hoc argumentum retorqueri optimè potest, quia cum materia Episcopatuum sit totaliter diuersa, & habeat pro se particulares rationes, & considerationes, nequit ex ea argui ad collationem Abbatiarum toto genere diuersarum, quarum seruituti ius commune resistit, *capit. Auditis de præscript.*, *ibique Abb. n.15. & 33.*, *& Alexand. de Neuo. n.17. Fagnan. in cap. Cùm olim n.29. eod. tit.* supplico ponderari nullam in Episcopatibus iuxta indultum Nicolai V. obseruari formam intentionis, & consensus Serenissimorum Sabaudiæ Ducum, sed omnia geri ex summa Pontificum benignitate, qui petitionibus annuentes, quandoquè voluerunt tribuere honorantiam Serenis. Ducibus, vt Episcopos gratos ad eorum petitionem haberent pro euitandis inconuenientibus, quæ ex non gratis, nec acceptis Episcopis Principes sibi licere contendunt ex traditis *per Frasso. de iur. patronat. reg. cap.6. n.41.* Hæ tamen prouisiones absque formulis nominationum factæ, neque aliqua desuper intentione, seu consensu ad normam indulti expressis nullum ius educere valent, tametsi ad petitionem processerint, cùm referantur ad dictam honorantiam, & ad consulendum de gratis, & beneuolis Pastoribus iuxtà ea, quæ notat *Ferrett. cons.33. n.5. & cons.212. sub num.4. paulò post princip. Rocc. de Curt. de iurepatronat. verb. Competens n.60. Lambertin. eod. tract. lib.1. par.1. qu.10. artic.8. sub n.4. Gonzal. ad reg.8. Gloss.18. nu.90. & 91. Rota cor. Caualer. dec.419. n.1. & cor. Cerr. dec.103. sub n.10.*

Quæ benignitas Sanctæ Sedis in prouisionibus quandoque ad petitionem pro simplici honorantia factis, indubitata remanet ex pluribus in facto relatis, ex quibus probatur Sedem Apostolicam consueuisse etiam ad libitum Cathedralibus Pe-

demon-

demontanis liberè prouidere tam antiquis, quàm modernis temporibus, vt constat ex epistolis Cardinalis de Offatte, ex prouisionibus ipsis, & alijs allegatis, inter quæ valdè notabilis est supplicatio formalis data pro Episcopatu Alben., de qua *in Sum. Num.39.*, & prouisio Episcopatus Vercellensis ab Innocentio XI. san. me emanata, in cuius vacatione Serenifs. Ducissa scripsit pro R.P.D. Ripa, cùmque ex tenore epistolæ compertum fuisset Ducales Ministros non formulas supplicationis meræ gratiæ adhibuisse, epistola de mandato Sanctissimi restituta fuit sub protestatione, quod non recipiebatur tanquàm totaliter aliena ab vsu, & iure incontrouerso liberæ prouisionis ad S Sedem pertinentis, & iniunctum fuit Nuncio, quod eisdem referret magnæ gratiæ tribuendum esse, si Pontifex deferret supplicationibus Serenissimorum Ducum, itaut vbi vel minima detur vmbra alicuius prętensionis, Pontifex necessariò debeat de alia persona prouidere, vt in *Summ.nu.* 40., ibi — Apertasi poi la lettera si è questa trouata scritta in maniera, come appunto dourebbe scriuersi, quando S.A. hauesse dritto di presentare, ò nominare, e pure è certo, che non hà l'A.S., nè mai hà preteso d'hauere tal dritto, hà perciò recato grād'ammiratione à S.Sātità &c. hà ordinato, che si rēda la lettera al medesimo Abbate, con farlo auuertito dell'errore, come si è essequito — Rursùs — Potrà insinuare à cotesti Ministri, che non sperino mai di conseguire quest'intento, è gratia grande, quando Nostro Sig. deferisca alle preghiere del Duca di Sauoia, mà se vorranno dar'ombra di pretenderlo, sarà S.Santità costretta à prouedere d'altro soggetto: Quibus attentis agnita veritate Serenifs. tunc Ducissa pro gratia supplicauit, & obtenta, eo titulo se illam habuisse professa fuit, vt habetur in *Sum.n.*41.*&*42. ibi — protestandosele per gratia così speciale infinitamente obligata - Proùt etiā eādem veritatem agnouit Magnus Cancellarius Boschettus, qui in instructione, quam dedit Comiti Prouanæ iam in Vrbe Residenti, aduertendum ait non esse de Episcopatibus ad Abbatias desumendum aliquod argumentum in illis verbis — Anco si deue auuertire di non cauar'argomento per le Abbatie da quello, che si prattica ne i Vescouati, perche questo potrebbe nuocere alli Vescouati in luogo di giouare all' Abbatie, trattandosi con persone accortissime molto gelose de i loro auātaggi. Quod autem in Episcopatibus Pedemontanis nullum aliud ius Serenifs. Sabaudiæ Duces habeant, quamquod ex benignitate Summorum Pontificum pro tempore eisdem indulgetur, com-

præ-

prætenditur ex libera pensionum impositione solita, & consueta in eisdem practicari à Pontificibus pro eorum libito, & ad fauorem quarumcumque personarum, vt in specie fuit obseruatum tempore sa.me. Innocentij XI. *eodem Summ. Nu.* 40.
„ ibi -- Quanto alla pensione auuerta V. S. à non caricarsi di
„ scriuerne quà, perche Sua Santità la vuole imporre à suo mo-
„ do, e darla à chi le piace, come è di ragione, e come hanno
„ pratticato sempre i suoi Predecessori -- In Episcopatibus enim Regiarum nominationum, vel pensiones non imponuntur, vel tantùm ad eamdem nominationem, per ea, quæ tradit *Fraß. de Reg. patronat. cap.* 15. *num.* 51.

Minusq; refragatur, quod in Indultis, de quibus agitur fuerint deputati Executores Episcopi Nicien. Asten. & Taurinen., & sic tã pro Ducatu Sabaudiæ, quàm pro Pedemontano Principatu in eis compræhenso: Nàm obiectùm procederet, si hæc designatio adfuisset in Indulto Nicolai V., cum autem ea legatur in cęteris de expectatiuis loquentibus, pro eisdem verificantur Executores præfati, non pro Indulto Nicolai V., quod cum confirmatum fuerit cum suis expressionibus, & confinibus ibidem constitutis, & pro Abbatijs expressis, non poteſt extendi per Executores datos vltrà terminos ibidem præscriptos, signantèr quia in Indulto Gregorij XIII. deficit Episcopus Taurinensis, & ideò ex hoc procedere non deberet in Sabaudia: Verùm vltrà prædicta obiectum remouetur, dùm ex hisce delegationibus executorum nil argui potest, vtpotè qui solent ad liberum Partium beneplacitum apponi, veluti testantur *Garz. de Benefic. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 2. *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 36., & 37. *Rosa de execut. Litter. Apostolic. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 70. *Card. de Luca de Benefic. disc.* 37. *num.* 12.

Nec paritèr subsistit suppositum, quod Henricus II. obtinuerit à Iulio III. confirmationem Iuris nominandi, quod habebant Principes Pedemontani, & Sabaudiæ Duces. Nàm hoc assertum Indultum non exhibetur, vt quid contineat, ac quomodo conceptum fuerit appareat, neque eius tenor refertur per Gallos Doctores, qui omni cum diligentia Regia Indulta, & perquisiuerunt, & registrarunt, imò Cardinalis de Ossatte Epist. 301. expresſè profiteri videtur, quod de hoc Indulto Henrici II. nil aliud constabat -- Se non quello Sua Maestà ne
„ haueua scritto di passaggio, & in altro proposito per lettere
„ de' 29. Settembre 1554.-- Et aduersùs prædictum Indultum, vt deducitur ad intentum, de quo est præsens quæstio super

Jure

Iure nominandi in Abbatijs Pedemontanis vrget duplicata inuerisimilitudo, seù moralis impossibilitas: Prima nempè deducta ex eo, quod idem Iulij III. Anno 1554. Priuilegia Duci Sabaudiæ confirmauit, & præcisè Indultum Nicolai V. cum suis expressionibus confinium, omninò autem inuerisimile est, seù verius impossibile, quod idem Pontifex eodem ferè tempore super eisdem Indultum concesserit, & Duci Sabaudiæ, & Henrico II. cum id prorsùs implicantiam quandam, & contrarietatem importare videatur: Altera inuerisimilitudo, immò impossibilitas videtur resultare ex eo, quod idem Henricus II. per suum Regium Diploma *Summar. Numer.* 43. damnaui tamquam abusum prætensum Ius nominationis, & declarauit liberam collationem ad Sanctam Sedem spectasse, & spectaret quarè videtur omninò impossibile, vt idem Princeps, qui publicè, & palàm hoc damnauerat, vel obtinuerit antecedentèr hoc Indultum, vel potiùs eodem tempore, atque etiam omninò inuerisimile est, quod Iulius III. concesserit Indultum contemporaneum prædictæ declarationi, & quidem merè gratuitum, & liberale absque vlla causa, vel necessitate ad id tunc vrgente, quæ inuerisimilitudines, imò impossibilitates, vel Indulti huius existentiam funditus excludunt, vel certè pro eo, ad quod deducitur circà præsentem quæstionem nil prorsùs illud facere concludendum esse suadent, cum non constet quid contineat, vrgente etiam contrà illud regula communi, quod Priuilegium non extenditur de persona ad personam *cap. Sane de Priuileg.*

Quæ dicuntur de Litteris executorialibus, seù placitorijs quandoque expeditis, nihil prorsùs inferunt ad Ius nominandi, eo quia implorantur à Prouisis post collationem, & Bullam Sedis Apostolicæ, nè in assequenda possessione aliquod impedimentum inueniatur, vt aduertit *Amad. de Pont. inter tract. magn. tom. 2. par. 2. sub tit. Quis sit Iudex in Causa Feudali vers. Quinimò in impress. Venet. fol.* 199., & admittit ipse *Thesaur. decis.* 131. *n.* 1. Quæ praxis, & abusus placitandi, vt dicunt, executionem Litterarum Apostolicarum, siuè procedat ex ea opinione, quam habent Laici iudicandi de possessorio etiàm Beneficij in temporalibus, siuè ex quadam indebita extensione ad beneficia ordinaria illius executorialis, seù placitoriæ Principibus competentis ratione Feudorum à Beneficiatis, seù prouisis possidendorum, de qua *Fontanell. decis. Cathalon.* 341. *num.* 25. Attamen hoc certum est, quod huiusmodi Litteræ executoriales tamquam petitæ, vel à Prouisis, vel ab eorum

eorum Procuratoribus absque vlla scientia Pontificum, in nulla consideratione haberi merentur, potissimè quià constat, Sanctam Sedem huiusmodi placitorijs, quotiès ad notitiam deuenit, semper obstitisse, imò ad processus deuenisse formatos pro decernendis Censuris, & istis auditis cessasse prætensiones placitoriarum, seù executorialiū, proùt plenè iustificatur ex *Summar.Num.22.& 23.* ibi – La Santità Sua per sodisfare all'obligo suo pastorale, e della propria coscienza,
„ farà bene, e con infinito suo disgusto necessitata à riparare,
„ come farà senza tardanza veruna tali attentati, e pregiudicij
„ con i rimedij della Scommunica, e delle Censure Ecclesiasti-
„ che inuiolabilmente incorse da i medesimi Ministri. Rursùs
„ ibi – Si leueranno li sequestri, e tutte le nouità &c. senza
„ che dalli Procuratori si ricorra à questa Camera Ducale, e si
„ prendano Lettere placitorie, che si pretendeuano. Furono
„ leuati i sequestri &c. senza che si sia ricorso à questa Camera
„ Ducale, ò ad alcun'altro Ministro per le Lettere placitorie,
„ che si pretendeuano – Et de facto nouæ non sunt Censuræ S.Sedis in similibus casibus, vt nupèr vidimus in *Nullius, seù Taurinen.Abbatiæ 25.Ianuarij, & 17. Nouembris 1681., & 29.Aprilis 1682. coràm bo:me:Rondanino*. Et superabundat ad confundendum omne argumentum hinc desumptum, quod certi Iuris sit has placitorias esse prorsùs indebitas, & illicitas in materia beneficiali, ex eisque etiam incurri in Censuras comminatas per Bullam in Cœna Domini, *vt reprobato Thesauro probat Mar.Antonin.var.res.lib.1.resol.91.sub num.2. vers.ex quibus*, & tradunt DD.communitèr, àc signanter *Felin.in cap.Ecclesia S.Mariæ n.2. de Constit. Duard. in Bulla Cœnæ lib.2.cap.15.q.11.n 59.Boss.de Princip.n.218. Viuian.de Iurepatron.lib.11.cap.12.num.8. Alter.de Censur.lib.5. cap.6. vers.quarta dubitatio, Monet.de Iurisdict.p.4.centur.1. cas 46. n.1.Thomas del Bene de Immunit.cap.8. dub.11.*

Denique non merentur attendi aliquæ doctrinæ in contrarium allatæ. Nam *Put.dec.23.seù 25.lib.2.* loquitur de Diœcesi Gebennen., quæ sita est non in Pedemonte, sed in Sabaudia, veluti testatur *Bal.cons.233.col.2.propè med.vers.videmus etiam, quod alij Duces lib. 1.*

Crescent.dec.14.de probation. & Germon. de Sacr.Immunit.lib.3. cap.11.n.24. loquuntur de diuersa prorsùs materia, & nihil ad intentum conuincunt.

Coras.apud Douiat.in Specim. Iur. Gallic. tom.2.fol.215. apertis scatet erroribus latè in facto relatis.

Got-

Gottifred. de Bauo, & *Guitcenonio* tanquàm modernis auctoribus Subditis Ducis, genio nedùm laicali, sed fauendi Dominantibus in nota controuersia non est deferendum, præsertim contrà veritatem ex dictis patentem, latè *Bonden. collect. legal.* 20. *n*. 65. *lib*. 1. & *collect*. 15. *à n*. 66. *to*. 2. *Card. de Luca de Iurisdict. disc*. 20. *n*. 7. *Rota cor. Arguell. dec*. 17. *n*. 20. Royas *dec*. 336. *n*. 17.

Est enim nimis clara restrictio Nicolai V. ad Ducatum Sabaudiæ constitutis finibus, qui præteriri non possunt, quiq; ponunt falcem, vt dicitur, ad radices cuiuscumque dubietatis, additis tot declarationibus, & rebus iudicatis Curiæ, Ducalium Ministrorum, ac ipsorum Principum, & obseruantia, ac praxi Datariæ cum assistentia Iuris liberæ collationis, contra quæ nec auctoritates, nec ratiocinia, neque aliæ inductiones in contrarium opposita aliquid suadere valent.

Quarè &c.

Octauius de Iandis Aduocatus.



Gottifred.de Bauo , *& Gultenonio* tanquàm modernis auctoribus Subditis Ducis, genio nedùm laicali , ſed fauendi Dominantibus in nota controuerſia non eſt deferendum , præſertim contrà veritatem ex dictis patentem , latè *Bonden. collect. legal.20.n.65.lib.1.& collect.15. à n.66. to.2.* Card.*de Luca de Iuriſdict.diſc.20.n.7. Rota cor. Arguell.dec.17.n.20.* Royas *dec. 336.n.17,*

Eſt enim nimis clara reſtrictio Nicolai V. ad Ducatum Sabaudiæ conſtitutis finibus , qui præteriri non poſſunt , quiq; ponunt falcem, vt dicitur, ad radices cuiuſcumque dubietatis , additis tot declarationibus , & rebus iudicatis Curiæ , Ducalium Miniſtrorum, ac ipſorum Principum, & obſeruantia , ac praxi Datariæ cum aſſiſtentia Iuris liberæ collationis , contra quæ nec auctoritates, nec ratiocinia , neque aliæ inductiones in contrarium oppoſitæ aliquid ſuadere valent.

Quarè &c.

Octauius de Iandis Aduocatus.



Gottifred. de Bauo, & *Guittenonio* tanquàm modernis auctoribus Subditis Ducis, genio nedùm laicali, sed fauendi Dominantibus in nota controuersia non est deferendum, præsertim contrà veritatem ex dictis patentem, latè *Bonden. collect. legal. 20. n. 65. lib. 1. & collect. 15. à n. 66. to. 2. Card. de Luca de Iurisdict. disc. 20. n. 7. Rota cor. Arguell. dec. 17. n. 20.* Royas *dec. 336. n. 17.*

Est enim nimis clara restrictio Nicolai V. ad Ducatum Sabaudiæ constitutis finibus, qui præteriri non possunt, quiq; ponunt falcem, vt dicitur, ad radices cuiuscumque dubietatis, additis tot declarationibus, & rebus iudicatis Curiæ, Ducalium Ministrorum, ac ipsorum Principum, & obseruantia, ac praxi Datariæ cum assistentia Iuris liberæ collationis, contra quæ nec auctoritates, nec ratiocinia, neque aliæ inductiones in contrarium oppositæ aliquid suadere valent.

Quarè &c.

Octauius de Iandis Aduocatus.

Gottifred. de Bauo, & *Guitteunio* tanquàm modernis auctoribus Subditis Ducis, genio nedùm laicali, sed fauendi Dominantibus in nota controuersia non est deferendum, præsertim contrà veritatem ex dictis patentem, latè *Bonden. collect. legal.* 20. *n.* 65. *lib.* 1. & *collect.* 15. *à n.* 66. *to.* 2. *Card. de Luca de Iurisdict. disc.* 20. *n.* 7. *Rota cor. Arguell. dec.* 17. *n.* 20. Royas *dec.* 336. *n.* 17.

Est enim nimis clara restrictio Nicolai V. ad Ducatum Sabaudiæ constitutis finibus, qui præteriri non possunt, quiq; ponunt falcem, vt dicitur, ad radices cuiuscumque dubietatis, additis tot declarationibus, & rebus iudicatis Curiæ, Ducalium Ministrorum, ac ipsorum Principum, & obseruantia, ac praxi Datariæ cum assistentia Iuris liberæ collationis, contra quæ nec auctoritates, nec ratiocinia, neque aliæ inductiones in contrarium oppositæ aliquid suadere valent.

Quarè &c.

Octauius de Iandis Aduocatus.

Gottifred.de Bauo, & *Guitenonio* tanquàm modernis auctoribus Subditis Ducis, genio nedùm laicali, sed fauendi Dominantibus in nota controuersia non est deferendum, præsertim contrà veritatem ex dictis patentem, latè *Bonden. collect. legal.* 20.*n*.65.*lib*.1.& *collect*.15. *à n*.66. *to*.2. *Card.de Luca de Iurisdict.disc*.20.*n*.7.*Rota cor.Arguell.dec*.17.*n*.20. *Royas dec*. 336.*n*.17.

Est enim nimis clara restrictio Nicolai V. ad Ducatum Sabaudiæ constitutis finibus, qui præteriri non possunt, quiq; ponunt falcem, vt dicitur, ad radices cuiuscumque dubietatis, additis tot declarationibus, & rebus iudicatis Curiæ, Ducalium Ministrorum, ac ipsorum Principum, & obseruantia, ac praxi Datariæ cum assistentia Iuris liberæ collationis, contra quæ nec auctoritates, nec ratiocinia, neque aliæ inductiones in contrarium oppositæ aliquid suadere valent.

Quarè &c.

Octauius de Iandis Aduocatus.